

victi compulsi sunt erubescere; quoniam quo A periculosior juveni pugna, eò gloriosior est de bello victoria. Magnum & mirandum spectaculum est videre invictam juvenis animum contra eam fratrum amentiam, contra desideria corruptæ carnis, contra infidas acerrima conflictatione certantem, & in adjutorio Domini cuncta superantem. Hæc signorum & prodigiorum Deus tacit. Hæc inquam ille, qui velut alterum Joseph fratrum scelere, non in Ægyptum, sed in carcerem duxit, & in femina exploravit. Divina enim sapientia magnarum rerum fundamenta multò ante jacere, ac contraria per contraria curare novit: Angeli quoque consortem suum B virum Angelicum futurum, visitant, confortant, renibus cingunt, puritatis angelicæ symbolum ut in castitate radicatus & fundatus, tanto promptior esset ad sublimia, quanto castitas est doctori necessaria. Sapientia enim mundos quærit, nec nisi castis interesset cogitationibus. In Domino laudemus hanc animam, ut audiant continentem, & latentem. Quid gloriosius hoc juvenem, quem viri mirentur facilius quam imitentur? Quis tam subito unquam invaluit, tantumque lumine mentis, emicuit, ut ubi uno fremitu rationis, quodam coruscamine temperantiæ uno momento, illa, corruptionis filia penitus libido moreretur? Certe nihil proficiet inimicus in eos quem crux Christi delectat, etiam si carnalem suggererit delectationem: & filium iniquitatis non apponet nos. ere ei, quamvis laqueos tendat, animæ insidiatur, puritati adversetur serpens ille antiquus Almodæus. Abfcondet enim tendiculas contra infantem, sed frustrâ.

Poiti ejusmodi præclaram de fratribus palmam, de carne victoriam, de meretricis triumphum, non est exaltatum cor, neque elati sunt oculi ejus: non ambulavit in magnis, & mirabilibus super se; sed tamquam lignum quod fructum daret in tempore suo, plantari voluit: non in monte, in quo sedem sibi constituit serpens antiquus mordens unguas equi, ut cadat ascensor ejus retrò; sed secus decursus aquarum. Nam nec in ferendis arboribus montana solemus eligere, quod arida sint & petrosa; sed declivia, ubi quia pinguedo est, proficiunt plantæ, multiplicentur spicæ, centesimus oritur fructus juxta illud psalmista: *Et vales abundabunt frumento*. Hoc ergo lignum, quod fructum daret in tempore suo, plantari voluit secus decursus aquarum. Ubi sunt decursus aquarum? In vallibus, quia inter medium montium pertransiunt aqua. Quis enim non videat, etiam torrentes montium ardua declinare, & mediam ad humilitatem semper divertere vallis? sic profecto, sic *Deus superbus resistit; humilibus autem dat gratiam*. Securus E hic fixit pedem Thomas, ut in humilitate radicatus & fundatus fructum suum daret in tempore suo. Sunt arbores infestissime, eradicata, bis mortua, de quibus Judas in sua epistola, quæ fructum non proferunt: ut illores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus, ac universum qui in comestationibus & ebrietatibus, qui in cubilibus & impudicitijis vitam agunt. Sunt qui fructum faciunt, sed non suum: ut hypocrita cum Simone Cyrenæo crucem portantes non suam, qui religiosa intentione carentes angariantur, & amore gloriæ facere compelluntur

quæ non amant. Sunt quæ & fructum, & suum fructum faciunt, sed non in tempore suo: nam in eo quod dicitur, *in tempore suo* arguuntur quidam ante tempus fructificare volentes. Nonne enim, & arboribus nostris citius quam oportet pullulantibus, tuncmus omnino floribus intemptivis? sic sunt aliqui quorum fructus, quia nimis properè, minus prosperè oriuntur. Hi sunt qui volentes magistri esse ante tempus & contra legis decreta festinant *arare in primogenito bovis, & ovis primogenita tendere*, prius docere volunt quam discere: nec solum milites, sed & duces volunt esse priusquam tyrones. Vultis nosse quam tolli erit id vitaverit Sanctus Domini confessor Aquina?

Post multiplices biennalis carceris exanthlato labores, cum inesset ei, tener licet ætatis, maturatione jam stodia, Coloniæ mittitur Alberti cognomento magni futurus auditor. Hic audita doctrinæ sententia tenaci memoriæ sic commendabat, ut indictio sibi velut Pythagorico silentio, non audiretur vox ejus, non subtilitas, non eruditio; quin modo præ omnibus ita patebat contemptui, ut, bos mutus, passim audiret, dicitur Albertus divinam pueri subtilitatem & in respondendo dexteritate expertus, *vos* (inquit) *vocatis hunc bovem mutum: sed ipse quandoque tales in docendo mugitus dabit, ut totus possit orbis audire*. Bos certe erat, sed non mutus: bos, non lascivens, sed triturator: bos, qui cognovit possessorem suum. *Quos*, ait Gregorius, *bovis significatio exprimit, nisi has quas mira sanctam ecclesiam ad prædicationis officium, suscepti ordinis jugum pemit? Boves intelliguntur*, ait Augustinus, *qui nobis scripturas sanctas dispensaverunt*. Hinc est illud Deutero. 22. *Non junges bovem & asinum*, id est, interpretante Gregorio, sapientem cum stulto in prædicatione non societ. Proforibus tempore Salomonis mare æneum, ad abluendas ingredientium manus, duodecim boves portabant, 3. Regum 7. Quid duodecim bovis, nisi universus prædicantium ordo designatur, de quibus Paulo differente lex dicit, non alligabis os bovi trituranti? Ex hoc duodenario bovum numero, sanctum Domini Thomam extitisse, quis tam cæcitiens non videat? tam fundaster ut non audiat? An bapulinum fluminis, lachrymas penitentia, cordis contritionem, de qua Jeremias, *Magna est velut mare contritio tua*, non tulit ad Gentes, non tradidit sacerdotibus, non explicuit ignorantibus? *nunquid non audierunt? In omnem terram exiit sonus ejus & in fines orbis terra verba ejus*. Tunc quidem cum discipulus audiret, audiens disceret, discens taceret; credebatur non esse tempus in area ecclesiæ fruges terendi; & ideo memor illius Eccles. 18. *Antequam loquaris, discet: ponebit custodiam ori suo, & ostium circumstantia labijs suis*: non solum, ut non delinqueret in lingua, sed etiam ut menti tantò tenacius imprimeret audita, quantò minus distraheretur ad extranea. Erat ergo tempus tacendi. Sed ubi venit tempus loquendi, clarè mugijt, in area tritavit, & tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, fructum dedit in tempore suo. Nec solum his qui tunc erant, fructum tulit hæc arbor, sed utque hodie fructus ejus crevit & manet. *Dilectus planè Deo & hominibus, cuius non sola præsentia in benedictione fuit, sicut funt nulli dilecti Deo soli*, qui soli

Psalm.  
64.

Tract.  
10. in  
Joann.  
Homi.  
19. in  
Ezech.

Thren.  
2.